Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26422
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quodlibet illorum duorum uerum sit. siue quod cypianum tenuisse sensit siue quod catholicae uniuersitas unde ille non recessit obtinuit. foris aptissime constitutos in manifesto sacrilegio scismatis saluos esse non posse. et omnia quae habent de diuinis sacramentis et liberalitate unius legitimi uiri quamdiu tales sint ad eorum confusionem potius quam ad salutem ualere. Quo circa etiam si uere propter uellent heretici correcto errore uenire ad ecclam quia putarent se baptismum non habere nisi in catholica accipient nec sic eis deberem ad iterationem baptismi consentire. si potius docendi essent nec integritatem baptismi prodere puerilitati eorum si corrigi nollent. nec eorum puerilitate uiolatum esse fuisse integrum baptisma quamdiu corrigi noluerunt. nec quia corrigi uolunt melius in eis baptisma fieri si ipsos a malignitate discedere. illud autem incipere iam prodere ad salutem quod prius inerat ad pniciem. Haec enim dicentes et salutem in catholica unitate desiderabunt et suum esse quod xpi esse non estimabitur. et ueritatis sacramentum quamuis in se positum cum errore ppo non miscebitur.

Huc accedit quia sic homines occulta nescio qua inspiratione dei detestantur si quis iterum baptismum accipiat quem ubicumque iam accepit. ut idem ipsi heretici cum inde disputant frontem confricent. et ppe omnis eorum laici quia apud eos inuetauerit et animosam pnaciam aduersus catholicam coeperit. hoc solum illic sibi displicere fateantur. et multi quia ppter adipiscenda aliqua comoda secularia et incomoda deuitanda tinsire ad eos uo